

- dum iustitiam naturalem; solvit enim *glōf. in d. S. in V. naturaliter*, explicando, id est de *Jure Gentium*, quia tali jure fuit consideratum expedire in Repub. ne contractus tales rescindatur, ad evitandas litium vexationes, *Valerius de differentiis utriusque fori*, in *V. contractus differentia*, l. 1. *vers. sed predictis*.
23. Secundò tollitur obiectum, quod idèò contractus non sit justus, quia in foro externo non rescinditur, *Covar. lib. 2. varar. resol. c. 4. num. 11.*, & in *explicatione reg. possessor. male fidei secunda p. relectionis* §. 11. *nu. 4. Vers. Rursus idem Hadrianus*, multa enim tolerantur in foro externo ad evitanda graviora mala, *cap. duo mala dist. 13.*, dum ex duobus malis minus eligitur, sicuti tolerantur in Republica Meretrices, licet fornicatio, jure naturæ, & divino, sit prohibita, sed ad evitanda graviora mala, ad eruditè tradita *per Lezanam Consil. 46. per totum*, ita in foro externo non rescinduntur contractus in quibus contingit deceptio infra dimidium, quia majus bonum, seu minus malum consideratur evenire in Repub., quam quod litibus innumeris, Cives vexentur, & Tribunalia nimio litigantium concurrunt opprimantur, *Barbosa ad dictam l. 2. num. 98. C. de rescind. vendit.*
24. In foro tamen conscientie, non idèò justus & licitus est talis contractus, infra dimidiū læsius, sed: contrahens decipiens tenetur ad restitutionem, seu ad refectionem damnorum, dummodò non esset quid modicum, quod inter partes non esset in consideratione, ad notata *per Navaram in cap. qualitas num. 45. de penit. d. 5.*, & ad allegat *per Farinac. Tract. Crimin. V. decipere num. 43.*, & *seqq.*, *Valerius de differentiis utriusque fori*, in *V. contractus diff. p.*, *Barbosa in d. l. 2. C. de rescind. vendit. num. 114.*, & *seqq.*, ad *Scacciam de commerciis* §. 1. *q. 7. p. 2. ampliat. 10. num. 49.*
25. Sciens tamen vitium, adhuc spontè tantum emens, non est deceptus, sed quod excedit justum pretium, censetur donare. *Barbosa in d. l. 2. num. 51. C. de rescind. vend.*, *Farinac. supra num. 41.*, dixi (adhuc spontè tantum emens), quia si necessitate, aut egestate coactus, non censetur donare, ad allegata *per Farinac. d. V. decipere num. 51.*, undè illa clausula solita apponi in contractu venditionis, (*& si plus valet, donet*),

si non sit de modico, censetur perfunctorie, & potius de stylo Notariorum apponitur, quàm ex mente contrahentium, *Marta de clausulis claus. 363. num. 5.*, *Tusch. littera C. concl. 304. num. 12.*, *Barbosa de clausulis claus. 58. nu. 2.*, si verò excessus sit de modica quantitate, quia tunc excluditur prodigalitas, & læsio non sit considerabilis, suum effectum donationis operatur, *Marcobesan. de commiss. p. 2. de restitut. in integrum* §. 5. *num. 6. folio mihi 168.*, *Barbosa supra num. 3.*, ratio autem cur emens, aut vendens, necessitate, aut egestate coactus, non censetur donare excessum, est, quia necessitas, aut gravis egestas, excludit voluntarium spontaneum, *Stracca de Mercatura p. 2. rub. de statu Mercat. sub num. 7.*, *Barbosa in d. l. 2. num. 51. & num. 116. vers. secundus casus*, *Cepolla de simulat. contract. nu. 24.*, & *27.*, quod etiam habet locum in minore, femina, rustico, qui ex ignorantia, vel levitate censetur consentire hujusmodi contractui, & clausulæ, etiam si Notarius apponeret, se illos certificasse de virtute hujus clausulæ, & renuntiasse beneficio legis, quia adhuc præsumuntur renuntiasse ex levitate, imprudentia, & ignorantia, ad allegata *per Barbosam d. l. 2. num. 66.*, & eo casu data læsione, neque contrahentes, neque Notarius sunt tuti in conscientia.

26. Quod dixi de læsione, ob vitium non manifestatum, dicas etiam proportionaliter de rei pretiositate à venditore ignorata, & ab emptore cognita, propter quàm ignorantiam, vendens villiori pretio, quàm iustitia exposcat, emptor non est tutus in conscientia, vel sit gemma, vel pictura, in manu mulieris, vel rustici, posita; undè læsus tenetur pretium supplere, vel contractum rescindere, etiam in foro exteriori, si læsio sit ultra dimidium. *Barbosa d. l. 2. num. 105.*, *Farinac. d. V. decipere num. 45.*, ubi *num. 46.*, quod si ex utriusque contrahentium ignorantia læsio contingeret, adhuc superveniente scientia, vel rescindenda est venditio, vel supplendum est pretium, ut iustitiæ commutativæ servetur æqualitas.
27. Venditor potest negligentie culpam, & pœnam incurrere, si facta venditione, cum pacto redimendi E. G. infra quinquennium; alias venditio intelligitur absoluta, & res irrecuperabiles, tunc enim elapso quin-

- quinquennio, & neglecta recuperatione, in pœnam, non potest amplius redimere, *Gratian. discept. for. cap. 26. nu. 29.*, & *52.*, *Surd. decis. 34. ad finem*, *Antonell. de tempore legali lib. 1. cap. 5. nu. 3.*, & *cap. 21. n. 4.*, *cap. 65. num. 13.*, & *14.*, neque potest conqueri, quod minus vendiderit, idèò; sit læsus, nam cum pacta sint pars pretii, diminuunt valorem rei, *l. fundi partem ff. de contrab. empt.*, *Pigant. ad Statut. Ferrarie rub. 97. num. 58.*, *Bonacina de censibus disp. 3. q. 4. puncto unico num. 7.*, undè res vendita cum hoc pacto minus valuit, & venditor, qui pactum apposuit ad sui favorem, ipse reddit rem minus pretiosam, & sibi debet imputare si neglexit redimere.
28. Solet autem quæri, quantum diminuit hoc pactum de recuperanda re vendita, de justo pretio, & remittitur iudicio prudentis, regulato tamen à circumstantia longioris, vel brevioris temporis; nam facultas de redimendo quancumque venditori placuerit, solet diminuere justum pretium, in tertia parte, si verò ad breve tempus, ut ad quinquennium in sexta parte, *Pigant. d. rub. 97. sub nu. 58.*, *Antonell. de temp. legali lib. 1. cap. 65. num. 13.*, *Calvin. de equit. lib. 3. cap. 273. nu. 31.*, *Mantica de tacitis*, & *ambigu. convent. lib. 4. tit. 20. num. 43.*, *Mascard. de probat. Concl. 447. num. 7.*, *Rota decis. 293. num. 15. p. 4. tom. 2. recent.*, *Farinac. repert. de contract. in frag. V. Pactum num. 19.*
29. Negligentia etiam contrahentium, operatur ut res pereat negligenti; idèò si completa venditione, venditor negligat consignare, & tradere rem emptori, ad quod sufficit unica interpellatio *Cerro decis. 42. n. 1.*, & interim pereat, sibi perit *l. cum autem instit. de empt.*, & *vendit.*, *l. si una 15. ff. de periculo*, & *commodo rei emptæ*, *Barbosa in l. 1. num. 24. C. de peric.*, & *commod. rei empt.*, si verò negligentia sit ex parte Emptoris, vel in exbursando pretio, vel in receptione, & transportatione rei, tunc sibi perit, *Antonell. de tempore legali lib. 1. cap. 36. num. 13. Vers. undè si emptor*, *per tex. in l. quod quis de reg. Jur.*, & *cap. damnium, quod quis de reg. Juris in 6. §. cum autem emptio Instit. de empt. & vend.*, & sic periculum ejus est, qui est in culpa, ad allegat *per Negusant. de Pignor. & hypot. p. 2. member. 3. quintæ partis principalis num. 26. Vers. septimo requiritur.*

30. Quinimò negligente Emptore pretium solvere, poterit Venditor rem alteri vendere, & recepto pretio, huic secundo rem consignare, & tradere, quia attenda negligentia primi emptoris, contractus habetur pro infecto, ac propterea Venditor non incurrit crimen stellationatus, ad notata *per Menoch. de arbit. Jud. cap. 381. num. 18.*, *Antonell. de temp. leg. lib. 1. cap. 54. num. 1.*, *Gratian. discept. for. cap. 523. num. 5.*, *Surd. decis. 220. num. 15. 16.*, solum posset esse difficultas, quando Emptor incurrerit negligentiam in solutione pretii, & recurrendum est ad dicta in prima parte; continget autem si infra tempus determinatum non solvat, quia dies interpellat pro homine, vel interpellatus, & monitus non solvat, vel postquam venditor implevit tradendo rem, ipse emptor non impleat; licet in hoc casu aliter sit regulandum, cum res semel emptori tradita, non eiest auferenda, nisi servato Juris ordine, *Coc. decis. 2235. num. 5.*
31. Quæ non habent locum habita fide de pretio, quia tunc dominium translatum est *l. quod vendidi ff. de contrab. empt.*, nisi expressè reserveretur *Cocin. decis. 2235. nu. primo*, & si emptor negligat solvere pretium, contractus non habetur pro infecto, sed agendum est ad pretium, *Gratian. discept. for. cap. 523. num. 18. 19.*, *Antonell. dicto cap. 54. num. 8.*, & *lib. 4. cap. ultimo n. 15.*, *Cocin. decis. 1480.*
32. Utrum negligens emptor solvere pretium rei emptæ, & sibi traditæ, teneatur ad fructus recompenfativos perfructibus visa est quæstio, nisi ob dilata in solutionem venditor patiatur damnum, vel lucri cessantis, vel damni emergentis, quatenus implicaret pretium in mercatura, vel in emptione rei fructifere, vel sibi sequatur damnum, ex quo non potuit reparare domum, reficere molendinum, & similia; in quo sensu concors est omnium sententia, emptorem teneri; sed si contingat, quod venditor habeat fidem de pretio, quo stante Emptor non est negligens, nec morosus, quia volenti, & consentienti non fit iniuria, *l. 1. §. usq. adèd ff. de Jure Jur.*, *l. 1. ff. de action. empt.*, & *vend.*, *l. nemo 187. ff. de reg. Jur. cap. scienti de reg. Jur. in 6.*, utrum tunc liceat venditori exigere fructus recompenfativos, vel ex pacto inito, inter venditorum



- rem concedentem dilationem ad solvendū, cum tali pacto, & emptorem ementem, cum tali pacto, vel tali pacto non apposito, est magna dissensio inter Doctores.
- 33 Plures enim Theologi relati per *Dianam* p. 4. tract. 4. resol. 139., *Valerum de differentiis utriusque fori*, V. usura differentia 13., *Beia part. 1.*, casu ultimo, *Bonacina de contract. disput. 3. q. 2. puncto 7. §. 1. num. 5.*, *Sanchez Opuscul. lib. 1. cap. 17. num. 21.*, *Gibelin. de usur. compensat. lib. 2. cap. 52. artic. 5. à num. 12.*, & seqq., & dixerat de negotiat. lib. 4. c. 4. artic. 7. consect. 2. num. 4., existimant non licere venditori, vel cum pacto, vel sine pacto, accipere ab emptore fructus compensativos, quia dicunt esse usuram, Jure Divino, & humano, & sacris canonibus omninò damnatam; eo quia dilatio concessa solutionis nil aliud est, quam mutuum tacitum, recipiens ergo aliquid, recipit lucrum ex mutuo, & est usura damnata; tum quia vendens habita fide de pretio, transfert dominium rei venditæ in emptorem, ad tradita per *Manticam de tacitis*, & *ambiguis conventionibus lib. 4. tit. 24. sub n. 15.*, fructus autem sequuntur dominium, l. fructus, l. fundo, l. ex diverso ff. de rei vendic., idè est in confessò apud omnes, quod res fructificat suo domino; debet ergo res emptæ fructificare emptori, non venditori; deinde pecunia pro pretio debita, non est fructifera, & consequenter non potest assignari, ex quo fundo, vel quo titulo venditor velit exigere aliquid ob dilatam solutionem, hinc *Gibalin.* locis citatis supra allegatis, per extensum ostendit, non posse assignari cujus rei fructus, qui dicuntur recompenfativi; tum etiam quia certum est, quod periculum rei emptæ stat apud emptorem tamquam rei dominum, ex quo habita fide de pretio, contractus est perfectus, l. 1. C. de peric., & *commod. rei venditæ*, ubi late allegat *Barbosa num. 3.*, ad eum autem fructus spectant, ad quem spectat periculum, quia qui sentit commodum, debet sentire, & incommodum, & è contra, l. secundum naturam ff. de reg. Jur., l. quia poterat ff. ad Trebell., reg. qui sentit. de reg. Jur. in 6., consentiunt plures Juristæ.
- 34 Attamen communior Juristarum sententia, cum quibus Theologi magni nominis

consentiunt, est quod liceat venditori in eo casu exigere ab emptore usuras non lucrativas, quæ Jure Divino, naturali, & canonico sunt prohibitæ, sed recompenfativas, quæ omni Jure dicuntur licitæ, & sic non solum pro foro externo, sed etiam pro foro conscientie, hanc sententiam semper secuta est *Sacra Romana Rota*, ut videre est *Cocin. decis. 275. num. 5.*, *decis. 1084.*, *decis. 1331.*, *decis. 1401.*, *Ludovis decis. 297.*, *Cerro decis. 891.*, *Ottobon. decis. 2.*, *Belmont. decis. 56. num. 14.*, *Gratian. discept. for. cap. 939. num. 16. 19.*, *Sperell. decis. 118.*, & *decis. 119.*, *Leotard. de usur. q. 3. num. 16.*, *q. 4. num. 34.*, *q. 27. num. 2.*, & *51. q. 71.*, *q. 83.*, *Pigant. ad Statut. Ferrarie p. 1. rub. 93. num. 23.*; *Mantica de tacitis*, & *ambiguis convent. lib. 4. tit. 24. à n. 5.*, & seqq., *Cagnol.*, *Barbosa*, & fere omnes; qui scripserunt in l. curabit *Præses C. de action. empt.*, & *vend.*, quæ in hoc artic. est famosa, ubi *Jo. Baptista Lupus*.

35 Fundamentum est, quia in l. curabit *Præses C. de action. empt.*, & *vend.*, l. *Julianus §. ex vendito ff. de action. empt.*, & *vendit.*, l. 2. C. de usur., id expressè omninò conceditur, & non solum quando emptor esset morosus, & negligens, sed etiam quando nulla intercesserit mora, ut expressè dicitur in d. l. curabit., per quæ verba observat, *Rota coram Cocino*, quod tollitur mora, quæ alias requireretur *decis. 1331. nu. 9.*, quarum legum dispositionem militare pro foro conscientie, etiam dixerunt, quia fundatur in æquitate; existimant etiam non esse æquum, ut emptor fruatur re, & pretio, venditor verò careat utroque.

36 Sed in explicando hanc æquitatem, non eodem modo procedunt omnes D.D. hujus sententie sectatores; aliqui enim dicunt fundari in mora, & negligentia emptoris, nam in contractibus correspondivis uno implente, alter tenetur simul, & statim implere, non implendo autem (ut in nostro casu) emptor non exburfando pretium, statim ac rem emptam recepto dicitur in mora irregulari, quæ non ex lapsu diei certæ, neque ex interpellatione incurritur, quæ diceretur mora regularis, sed ex solo implemento alterius, quæ tamen non incurritur per solam clausulam constituti, sed per realem traditionem, *Bertazol. clausula 41. glos. 3. num. 2.*, *Antonell. lib. 4. cap. 6. num.*

6. num. 2. in fine, ex hac mora igitur tenetur ad damna, & interesse, loco quorum dicitur teneri ad fructus recompenfativos, scilicet in recompenfationem damnorum, & interesse, *ad tex. in l. fructus C. de action. empt.*, & *vendit.*

37 Verum hic modus explicandi, non videtur universaliter satisfacere, quia data fide de pretio, vel ad libitum, vel ad tempus determinatum dilatione concessa, cessat omninò hæc mora irregularis, quia ut dictum est supra volenti, & consentienti non fit iniuria, neque incurritur negligentia, ubi non est obligatio faciendi, ut diximus parte prima, concessa autem dilatione à venditore nulla est obligatio in emptore, tamen ad fructus recompenfativos vi prædictarum legum obligatur, ex Doctorum sententia.

38 Alii arguunt à pari, sicuti venditor recepto pretio, non tradendo rem tenetur emptori ad fructus, ita è contra emptor recipiendo rem fructiferam, nec solvens pretium tenebitur ad fructus. Verum minus explicat, quia non est par ratio, idè venditor tunc tenetur, quia recipiendo pretium transfertur dominium rei venditæ in emptorem, undè res debet emptori fructificare, at dum emptor habet rem, & pretium, ipse est dominus rei, undè sibi non venditori deberet fructificare.

39 Tertius modus explicandi est, deberi fructus venditori in recompenfationem damni, & interesse, & hoc modo videtur loqui, *Rota coram Cocin. decis. 1331. nu. 56.*, quod isti fructus recompenfativi veniunt appellatione damni, & interesse, & intelligunt de interesse intrinseco, ut explicat *Sperell. decis. 118. num. 13.*, idè ad differentiam interesse extrinseci, quod proveniret ex implicatione pretii in mercatura, vel emptione rei fructiferæ, sed consistens in eo, quod non recipiat fructus, quos ex re ipsa reciperet.

40 Verum neque hic modus videtur rem enodare, nam venditor, idè non recipit fructus ex re vendita, quia sciens, volens, & spontè alteri tradidit rem titulo venditionis habita fide de pretio, sicque abdicavit à se dominium, & transfuit in emptorem, quare non apparet, quo titulo possit dicere se damnum pati, & pro suo interesse sibi fructus rei venditæ debe-

ri, si spontè consensit.

41 Quartus explicandi modus est, in casu l. curabit, decerni, fructus deberi venditori favore minoritatis, ac propterea dicitur, licet nulla intercesserit mora, quæ de regulari intelligitur, ad exonerandum minorem ab onere interpellandi.

42 Attamen nec minor ætas sufficit ad justificandas usuras, quæ alioquin sunt intrinsecè malæ, *cap. super eo de Usuris*, *Roderic. de annuis reddit. lib. 3. q. 7. num. 92.*, neque semper tales contractus emptionis, & venditionis habita fide de pretio, & dilata solutione, celebrantur cum minoribus, sed ut plurimum cum majoribus, ne habentibus tale privilegium, & tamen universaliter contractum licere, asserunt communiter Auctores hujus secundæ sententie, ut videre est apud *Gratian. discept. for. cap. 939. num. 16. 19.*, *Sperell. dictis decis. 118.*, *Covaruviam varian. resol. lib. 3. cap. 4.*

43 Quintus modus explicandi est, *Rebelli de Just.*, & *Jure p. 2. lib. 9. q. 16. sec. 1. nu. 11.*, hos fructus deberi in penam negligentie, seu moræ irregularis, quatenus emptor tenetur statim solvere pretium, ac rem recepit, & non solvit. Verum supra ostensum est, quod consentiente venditore, & concedente dilationem ad solvendum, nulla est mora, nulla negligentia, nulla culpa, & consequenter non est locus pænæ.

44 Sextus modus explicandi est, quem tetigit *Rota coram Cocino decis. 1084. sub nu. 5.*, & *6.*, & *decis. 1046. num. 1.*, quod illa dilatio, seu pactum est pars pretii, & dixit *decis. 320. n. 2. 3.*, certum autem est, quod hujusmodi pacta in favorem emptoris, debent augere pretium rei, *ad tex. in l. fundi partem ff. de contraben. empt.*, l. si sterilis §. si tibi fundum ff. de action. empt., & *vendit.*, *Merenda lib. 2. cap. 28. num. 14.*, & seqq., *Scaccia de comere. §. 1. q. 7. p. 2.*, *ampliat. 8. num. 154.*, *Sperell. decis. 119. num. 32.*, loco autem augmenti pretii, dantur fructus recompenfativi, & hoc augmentum habet tractum successivum, sicut, & pactum diferendæ solutionis.

45 Differt tamen, an dilatio sit concessa ad tempus determinatum, aut ad beneplacitum emptoris, vel absolutè, idè nec ad tempus determinatum, nec ad beneplacitum, quia primo casu dilationis concessæ pactum censetur pars pretii ad favorem de-